



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Fiducia In Devm Plurimas Et Utilissimas pro  
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad  
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones  
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**

**Dusault, Nicolas**

**Coloniæ Agrippinæ, 1660**

§. 1. Consilia Dei occultissima.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](#)

bundantiâ. Et Philo Judæus adjungit quod Deus nec bene operando unquam fatigetur nec beneficiandi ullam prætermittat occasionem.

## CAPUT III.

Consilia Dei occultissima, nobis tamen factaria, quibus repugnare grande est nolum

## §. I.

*Consilia Dei occultissima.*

**O**Altitudo divitiarum sapientia & scientia Dei : quād in comprehensibilia iudicia eius & investigabiles viae eius, eximat Apostolus Rom. ii. in hominum prædestinatione, quā Deus ab omni æternitate ordinavit statum omnium in communi & singularum in particulari. Verum non incongruē eadem explicare possumus de execratione illius æterni decreti & admirabilimodo quo utitur Providentia hujus magni Patris familias in regimine domus suæ quæ Ecclesia, & gubernatione filiorum suorum qui præcipue sunt omnes Christiani; hi enim in primis ad eum pertinent non solum ut creaturæ, ut subjecti, ut servi, ut officiales, sed etiam ut haeredes legitimi, ut viuæ ejus Divi

nitatis imagines, ut fratres Filii ejus primo-  
geniti, cum quo societatem habent naturæ  
& sanguinis, adeoque ad Patrem æternum  
recurrere possunt cum amore & fiduciâ filia-  
li velut ad Patrem suum, quemadmodum &  
jussi sunt, preces quas illi fundunt, hac sacra-  
tissimâ præfati uncula inchoare: *Pater noster*  
*qui es in cœlu.* Jam verò quis poterit cognos-  
cere sensum Domini & ejus consilia nosse  
quæ habet de omnibus & singulis? Quis ape-  
rire arcana ejus judicia, quibus regit paternâ.  
Providentia familiam suam & perducit om-  
nia ad finem à se intentum? Fateamur necesse  
est vias ejus adeo abstrusas esse ut omnibus  
sint incognitæ præterquam ipsi soli. Nemo  
alius aperire illas & ratione docere sufficien-  
ti poterit: Idcirco eas rectè nominare possu-  
mus, altissimas, inscrutabiles, incomprehen-  
sibles. *Numquid nosti ordinem Cœli,* dicebat  
Deus servo suo Job, *& pones rationem eius in*  
*terra.* cap. 38. Ubi per ordinem cœli, ut notat  
Greg. Mag. designatur nobis series providen-  
tiæ Dei in suarum directione creaturarum, in  
distributione gratiarum, donorum, statuum,  
& diversarum conditionum quas partitur in-  
ter homines, hos vocando ad tale officium,  
alios ad aliud, præscribens iis leges & regu-  
las vivendi omnino oppositas. *Quosdam*  
*vult*

vult nasci parentibus pauperibus, ignotis  
 contemptis ab omnibus; vivere terræ filii  
 inglorios, obscuros; alios è contrâ produntur  
 velut orientes soles, collocat in luce omni-  
 gloriâ extollit & pompâ, qui simul ac in-  
 tescunt; reges nominantur, nonnunquā  
 prius etiam coronantur quam nascantur,  
 contigit Regi Sapori. *Salvia lib. 3. de gula*  
*Dei* Iste valetudinem sortitur sanam &  
 bustam, ille infirmam & morbidam. Hic  
 tera pusillus est, iste procerus, alter met-  
 cris, ille Gallus, iste Hispanus, lenis hic &  
 vis moribus, ille asper & immitis. Vnuspa-  
 datus, alter togatus, aliis in matrimonio.  
 Ius in cœlibatu vivit, ille ingenij subtili-  
 perspicui, iste obtusi & hebetis.

## §. II.

*Via Domini suaves & efficaces.*

**P**Ræter hanc ingeniorum & comple-  
 num conditionumque varietatem tu-  
 inæ qualium, alia observatu digna est di-  
 feras, quæ sensim nos deducit ad cognoscu-  
 danu plenius illam admirabiliter operatrici  
 dexteram omnipotentis quâ creaturas su-  
 gubernat virtute tantâ & efficaciâ, nihil  
 ei resistat, tantâ simul facilitate, ut nulla  
 sentiat molestiam. **Unde** putas, evenit, ait novus  
 G.